Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25879
Copyright: Admont, Benediktinerstift

197 198

auris audiens beatificabat. et oculus uidens. testimo
nium reddebat sibi. eo quod liberasset pauperem uociferan
tem. et pupillum cui non erat adiutor. Benedictio mori
turi super eum ueniebat. et cor uidue consolatus est. Ius
ticia indutus est. et uestiuit se sicut uestimento. et diade
mate iudicio suo. Oculus fuit ceco. et pes claudo. Pater
erat pauperum. et causam quam nesciebat. diligentissime
inuestigabat. Conterebat molas iniqui. et de dentibus
illius auferebat predam. Radix eius aperta est. secus aquas. et ros mo
rabitur in messione eius. Gloria eius semper innouabitur. et arcus
eius in manu eius semper instaurabitur. Qui eum audiebant.
expectabant sententiam eius. et intenti tacebant ad consi
lium eius. Verbis eius addere nichil audebant. et super illos
stillabat eloquium eius. Expectabant eum sicut pluuiam.
et os suum aperiebant quasi ad imbrem serotinum. Si uo
luisset ire ad eos. sedebat primus. Cumque sederet quasi
rex circumstante exercitu erat tamen merentium consolator.
flebat super eum qui afflictus erat. et compatiebatur anima eius pau
peri. Non contempsit subire iudicium cum subiectis. Non
negauit quod uolebant pauperibus. et oculos uidue expec
tare non fecit. Non comedit buccellam [illegible] suam solus sed semper
comedit pupillus ex ea. Non despexit [illegible] preter euntem
eo quod non haberet indumentum sed [illegible] benedixerunt
ei latera pauperum. et de uestimentis eius calefacti sunt. Quis
loquitur hec. Numquid ego. Non. sed totus mundus. Loquitur ter
ra. loquitur celum. loquitur deus. in multis que per eum operatus est mira
bilibus. Ergo non recedet memoria eius. et nomen requiretur a ge
neratione in generationem. Vita s. Venantii abbatis.

SOLITARIUM atque multiplex do
num ecclesiis populisque terrigenis celestia
potentia prestat. cum largitor uigi
ter seculo non in peccatorum suffragatores.
ueram et iam eterne doctores uite. quia uni
cuique cernitur cum a maiestate diuina
tribuitur. Multiplex quia cunctis qui ex
petere uoluerunt affluenter indul
getur. iuxta illud petite et accipietis et reliqua. Unde ui
gilanter incessanterque debet inuestigare mens huma
na sanctorum uitam. ut hoc prouocata studio accensa exem
plo. ad ea semper extendatur que deo nouit esse acceptabi
lia ut ab ipso uel mereatur eruī. uel possit audiri. Hec
autem a bei maiestate querebant sancti per eper poscentes
iugiter ut ipse insinuaret cordi. ipse perciperet in
ope ipse loqueretur in ore. quo facili purgata mens
cogitatione eloquio. actione cogitaret sancta. loqueretur
iusta. operaretur honesta. Unde factum est ut dudum in
his que diuinitati sunt placita famulabantur obtine
rent remitti sibi peccati debitum! eruerentur a ceno sorden
tis contagio! celesteque per meritis inuitarentur ad regnum.
Ponebant etiam ipsi processorum exempla ante oculos suos.
atque omnipotentem dominum per effectibus collaudabunt quorum ui
detrum exempla sequi meditabantur. Unde et nos uiri uenerabilis
deuoti deo famuli Venantii abbatis effari uolentes. di
uinitati potius dona sua referimus. quod dextera eius manu
festum est effecisse. quod sanctis constat operasse deprecantes ut
appareat os mutum ad publicanda opera antistitis sui quod
sicut esse nos recognoscimus scientia tenues. ita nouimus
conscientia peccatores. Igitur sanctus Venantius biturigi territorii
incola fuit. parentibus secundum seculi dignitatem ingenuis
atque catholicis. qui dum esset iuuenili etate florens. a
parentibus sponsali uinculo obligatur. Cumque ut etati
huic conuenit. amore se puellari prestaret affabilem.
et cum poculis frequentibus etiam calciamenta deferret contigit
ut ad urbem turonicam domino inspirante ueniret. Erat
enim tunc temporis monasterium basilice sancti Marti
ni propinquum. in quo siluinus abba gregem deo deuotum
regulari sceptro regebat. Ad hoc uir iste deuotus ac
cedens intuitusque cernens beati Martini atria infra se
ait contitio. melius est seruire impollutum Christo. quam per copu
lam nuptialem contagio inuolui mundano. relin
quam sponsam territorii biturigi et adnectar catholice
per fide ecclesie uirque credo etiam ope mereatur effectum
condonare. hec intra se uoluens. uenit ad ante
dictum abbatem prouolutusque ad pedes eius quod intimo cor
de gereret cum lacrimis patefecit. At ille gratias agens
deo per fide pueri addita etiam predicatione sacerdota
li! iuuene totondit. et gregi monasteriali asciuit.
ex hoc se in humilitate fratribus exhibens caritatem cum
omnibus diligens in tanto sanctitatis apice euectus asse
ritur. ut ab omnibus tamquam parens proximus summo studio
coleretur. Unde factum est ut decedente abbate iam dicti
monasterii. ipse in loco abbatis eligentibus fratribus sub
stituerunt. Denique quadam dominica ad missarum sol
lempnia celebranda inuitanda dixit fratribus. Iam enim oc
culi mei caligine obteguntur. nec possum libellum
aspicere. presbitero enim habeti agenda mandate. Dicen
te quo presbitero ipse proximus astaret uentumque est ut sanctum inunus
iuxta morem catholicum signo crucis super posito be
nediceret. At ille intuitus uidit quasi ad fenestram
abside scalam positam et quasi descendentem per eam ui
rum senem clericali honore uenerabilem atque oblatum al
tario sacrificium dextera extensa benedicentem. Hec enim
agebantur in basilica sancti Martini. quod nullus uidere me
ruit nisi ipse tantum. Reliqui uero cur non uiderunt ignorarunt
ipse tamen fratribus retulit deinceps. Nec enim est dubium
hunc fideli famulo dominum demonstrasse cui etiam dignatus
archanorum secreta celestium reuelare. Nam idem dum de
basilicis ex die dominica expleta oratione reuerteretur
super bacellum sustentatus. in medio confessoris atrio erec
tis auribus oculisque ad celum ductissime attentus. stetit
inmobilis. deinde motus a loco. cepit dare gemitus ac
suspiria longa producere. Interrogatusque a suis quod hoc